



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quomodo intelligendum sit illud Aug. Mala fieri bonu[m] est. E. F. [i.e. G]

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

vel nolle fieri, ne impotens esse videatur: sed tantum dicunt eum non velle mala fieri, ut non author, sed permissor malorum monstratur. Unde & Euang. ubi ostendit Deum authorem esse omnium bonorum, dicens, omnia per ipsum facta sunt: consequenter malorum authorem esse negat dicens: Et sine ipso factum est nihil, id est, peccatum. Non dixit per eum factum esse, vel eo nolente & invito, sed tantum sine eo, id est, sine eius voluntate fit peccatum. Non ergo Deo volente vel nolente, sed non volente fiunt mala: quia non subest Dei voluntati, ut malum fiat vel non fiat: sed ut fieri sinat, quia bonum est sinere mala fieri: & utique volens sint non volens mala, sed volens sinere sinit ut ipsa fiant: quia nec mala sunt bona, nec ea fieri vel esse bonum est.

Quomodo intelligendum sit illud Aug. mala fieri bonum est.

Quod vero Aug. ait, Mala fieri bonum est, nec fierentur mala ab omnipotenti bono fieri, nisi hoc esset bonum, ut ea essent, ea ratione dictum esse asserunt, quia ex malis quæ fiunt: Deus bona elicit; nec ipse permetteret ea fieri nisi eis boni aliquid faceret. Unde Aug. in eodem li. Ench. aperte indicans prædictorum verborum esse talem intelligentiam ait: Deus omnipotens, cui rerum est summa potestas, cum summè bonus sit, nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi usque adeo esset omnipotens & bonus, ut beneficeret etiã de malo. Item in eodẽ: Melius indicavit Deus de malis bona facere, quã mala nulla permittere. Ex hoc itaque sensu dictum est ac verum est, bonum est mala fieri, quia ex malis quæ fiunt, bonis (qui secundum propositum vocati sunt sancti) accidit bonitas, i. utilitas. Talibus enim (ut ait Apost.) in bonum cooperantur omnia etiam mala, quia eis profunt, quæ aliis facientibus obsunt. Unde etiã a-

liquan-

G August. ad p. incipium cap. 96. in En. b.

Ad princip. c. 11. in 10. 3.

*Hieron. ad
illud. Va
homini illi
per quē fi-
lius hominis
tradetur.
Marc. 14.*

quando in scriptura legitur malum appellari bonum, ut Hieronymus super Marcum: Malum, inquit, Iudæ bonum fuit, scilicet nobis: nec si bonum est illi vel illi, inde sequitur quod simpliciter bonum sit; proprie enim ac simpliciter bonum est, quod in se & facti bonum est.

Quadripartita est boni acceptio.

Est enim aliquid quod in se bonum est, & cui fit: sed non est bonum facienti, ut cum subuenitur pauperi, sed non propter Deum; & aliquid bonum in se & facienti, sed non ei cui fit, ut cum veritas propter Deum alicui non obediens predicatur, & aliquid in se & facienti, & ei cui fit bonum, ut cum veritas predicatur propter Deum credenti. Unde Apostolus. Bonus odor sumus Deo, aliis odor vitæ, aliis odor mortis. Est autem aliud, quod nec in se bonum est, & facienti nocet, & damnat, nisi peniteat, ut malum: valet tamen ad aliquid. Ut enim ait Augustinus in Enchiridion. A summe & æqualiter, nec immutabiliter Trin. bona creata sunt omnia: nec summe, nec æqualiter, nec immutabiliter bona, sed tamen bona etiam singula. Simul vero vniuersa valde bona; quia ex omnibus consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiam illud quod malum dicitur, bene ordinatum, & loco suo positum eminentius commendat bona, ut magis placeant & laudabilia sint, dum comparantur malis. *Quod mala vniuersitati valent & facientibus sua propria, vel patientibus aliena profunt, electis tamen.*

Hinc patet quod ex malis que sunt aliquid prouenit bonum, dum bona magis placent, & laudabilia existunt. Ipsi etiam facientibus, ex malis que faciunt interdum bona proueniunt, si secundum propositum vocati sunt sancti. Talibus enim ut ait Augustinus in I. de correct. & gratia, usque adeo Deus omnia cooperatur in bonum, ut si qui horum deum-

*Aug. c. 9. ad
insem. to. 7.*